

161

Qua de re sancti viri et sapientes. diuersas circa  
 ecclesie cantu tulere sententias. Athanasius enim  
 meditas cantilenas animos hominum plerumque  
 inanes vanosque efficere posse. cauendum canendi  
 vsu in ecclesia interdixit Meminerat enim sanctus  
 vir canendi delectationem vanos nonnumquam gignere  
 conceptus. memor multorum notatorum principum. qui  
 incredibilem curam vocis habuere. velut de gaio  
 cesare legimus. Taceo de nerone. qui vltima vi  
 te sue hora prima inter quatuordecim quas prope  
 mors afferebat. illa fuit. non quod tantum princeps  
 sed quod tantum musicus periret. Verumtamen beatissimus  
 presul Ambrosius pietatis appetens diuinique cul  
 tus auctor et institutor. ut in ecclesia canere instituit  
 Aurelius vero Augustinus. vtrumque se passum ait  
 difficileque negotium indicauit ut in libro confessionum  
 asserit. Adde quod dicimus cum de canonicis age  
 mus. qui igitur aures huius audiendi audiat. ac si inter  
 tanta pericula constitutus secure incedere cupit. agat  
 in precepta sui generis. nec vltimum quod est ei finis parum.

**C**apitulum decimum sextum de dignitate et ho  
 noe officii thesaurarii vel custodis ecclesie  
 Et de hijs que ad eum pertinent. Demum de  
 plurimis oneribus et calamitatibus. af  
 flictionibus defectibus. et periculis illorum  
 qui talia officia habent.